



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IV. Rectæ Intentionis hostem maximum à cacodæmone esse vanam
gloriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

inquit, propter Deum, voluntati suae in rebus etiam minimis relinquitur, rem ipsi Deo gratiorem praestat, quam si multis mortuus (Notetur) ad vitam reducat. Et ut rem firmet exemplis, inquit, unâ iter faciunt, in viâ uterque elegantem hospitium cernit, & alter quidem jam in eo est, ut illum carpat, deliberans tamen, ipse sibi imperat: Manus ab hoc flore, propter Deum, abstine. Alter: nihil premeditatus, florem illum carpit. Et hic quidem nil delinquit decerpendo, sed ille prior eundem non attingendo, tantum pro altero promeritus est, quanta est distantia celi à terrâ. Quod si Deus pro tantillo obsequio tantum daturus est primum, quantum dabit illi qui majora fuerint ausi pro Deo?

Ita paratus promptus sit necesse est in aliis omnibus, qui voluerit esse bonae intentionis, ut si norit Deum quippiam velle, hoc ipsum & ille velit, quantumcunque voluntati suae adversetur. Idcirco frequenter (ut i) Blosius instruit) secum ipse dicat: Propter te, Domine, nolo illud videre, cum necesse non sit, ut id videam: propter te nolo illud audire, nolo illud gustare, nolo illud loqui, nolo illud tangere. Domine, si tibi mea vestis, si mensa, si negotia, labores, aut negotiatio mea displiceant, non recuso crasso sabano vestiri, pane & aquâ victitare, hæc & illa procul à me amandare.

Sed nos, ô quoties longè aliter & agimus, & loquimur! audias quandoque qui dicat: Mei juris & arbitrii sum, quem Dictatorem timeam? ita ego soleo; hoc meae consuetudinis est: è meâ crumenâ hic sumptus; meam quadram lambo: quid ego morer alios? sic ego volo; hic mihi nemo modum constituerit &c. Hoc non est ad divinæ voluntatis nutum sese attemperare. O ergo ter beatum, qui unam atque unicam in omnibus Dei voluntatem, intentione sincerissimâ seclatur: iste dum pervigilis draconis oculos & unguens exit, & quidquid cum virtute agit, salvo commercii pramittit ad Deum & ad thronum ejus.

CAPVT IV.

RECTÆ INTENTIONIS hostem maximum à cacademone, esse Vanam Gloriam.

Hic hostis rectæ intentionis, jure omnibus metuendus est: omnium virtutum prænium subducit Vanam gloriam; & supplicis damnat gravissimis.

Herodes Agrippa, non degener nepotulus à majorum suorum flagitiis, Iacobum Zebedæi filium, virum sanctissimum occidit; dissimulavit id Deus: Petrum in vincula rapuit, neque ob hoc à Deo punitus est; alia prioribus flagitia junxit, necdum vindicavit id Deus: At cum concionaretur, veste regiâ coruscus, non populi docendi, sed sui ostentandi causâ, plêbique acclamaret: *Di voces, & non hominis, consensum percussit eum Angelus, ed quod non dedisset honorem Deo: & consumptus à verbis expiravit.* HABET: homini vitam ademit, & tacuit Deus; Deo gloriam rapere voluit, hic defendit se Deus. Et consumptus à verbis expiravit. Tanti constabat ventus. In Herodem rectè pronunciat Augustinus: *Qui laudari vult, Domine, de tuo dono, & non querit in illo tuam gloriam sed suam, hic licet propter tuum donum laudetur ab hominibus, à te tamen vituperatur, quia de dono tuo suam non tuam gloriam quaerit.* Qui autem ab hominibus laudatur vituperante te, non defenditur ab hominibus judicante te, nec liberabitur condemnante te.

§. I.

In cunctis Dei operibus duo quadam reperienda sunt, Utilitas & Dignitas: homini Deus utilitatem cedere voluit, dignitatem sibi servavit. Veluti pictor celeberrimus, imaginem à se factam facili cedit alteri, unum illud suum esse ducit quod subterbit. Protogenes

Tom. I.

inveniebat, Timanthes faciebat, Apelles pingebat. Ita Deus eâ etiam de causâ sacrificia olim sic iussit fieri, ut cum carnibus, frugibus, panibus, simul thus lucidissimum offerretur partitione tam benignâ, ut quidquid hic commodi esset, in sacrificantium utilitatem abiret, sibi thuris suffitum solummodo deposcebat. Et velut cum duo mercatores societatem coeunt, uterque in negotiationem expendit quod facultates suggerunt. Subiade unus expensas omnes, alter industriam; quandoque pares aut pecuniæ aut mercium portiones exhibent, lucrum quod negotiatio facit, dividunt; neutri totum debetur. Joannes DOMINI oculus, affirmat sanctos habere societatem cum Deo. Hæc societas eâ coitur, ut æterna beatitudo, tanquam lucrum obtineatur. Non solus Deus hanc mercaturam facit, nec homo solus. Nortum Augustini dictum: *Qui enim facit te, sine te, non salvabit te, sine te.* Ad hanc negotiationem Deus expensas omnes tribuit, Deus est enim qui operatur in nobis & velle, & perficere. *Ad Phil. 2.13.* re, pro bonâ voluntate, homo solam adfert industriam; quidquid ex hac negotiatione lucri provenit, inter Deum & hominem dividendum est: Deus solo honore & gloria contentus, quidquid beatitudinis & opum est, homini assignat. Fiat igitur bona divisio: Gloria sit in altissimis Deo, homini pax, & omnium bonorum possessio. Qui jam sibi atrogat quod Deo debetur, iniquissimè agit, & societate hac ejici, ac privari bonis universis meretur. *Universa propter seipsum operatus est Dominus.* Hic. *Prov. 16. 4.* rerum omnium opifex, honorem velut tributum ab omnibus suis operibus exigens: *Gloriam meam, inquit, alteri 1. Pe. 42. non dabo.* Hoc Deo vectigal fidelissimè reddidit intentio recta; hoc idem nequissimè rapit inanis gloria.

Ecquis autem ferat vanissimè se jactantem de suo ædificio, quod tamen è marfupio suo non eduxit. Quid gloriaris, superbe, qui nec lapillum contulisti è tuo ad hanc structuram: alienis sumptibus ædificare cuius facile est. Pari modo quid nos miselli, actiones & promerita nostra, velut grandia ædificia jactamus? à Deo sunt omnes impensæ quibus ædificamus, in usum nostrum, non in præconium. Clarissimè Christus: *Sine me, in 1. Joan. 1. 15.* quit, nihil potestis facere. Quid ergo gloriamur? ædificium habitare permittimur, honor qui ædificii fabricam sequitur, solius Dei est. Ergo, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alio 1. 1.* quin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Ideo autem tam sollicitè monet Christus, quia hoc vitium vitium Cenodoxiæ, seu Inanis gloriæ, & subtilissimum inanis gloriæ est, & ipsa suâ subtilitate nocentissimum. Climacus: *Omnibus, inquit, studiis Cenodoxia aggaudet. Verbi gratiâ: jejuniis, inaniter gloriatur. Si latendi causâ solvo jejunium, tanquam prudens iterum gloriatur. Si splendide vestitus, vincor eâ peste. Si vilius induar, denuo glorior. Siloquar, hac superor. Si taceam, iterum superatus sum. Quocunque hunc tribulum jeceris, erecto persistit aculeo. Ejusmodi verò gloriosus, est fidelis idolorum cultor, qui Deum quidem colere & venerari videtur, hominibus verò, non Deo placere studet.*

Dixi jam subtilissimum esse hoc vitium, & prorsus sic est. Persæpe gloria ut acquiratur, spernitur, & ab ipso gloriæ contemptu inanis gloria enascitur, & eos quandoque qui omnem gloriam jam pridem videntur proculcasse, fortissimè aggreditur. Nihil hic meo sensu de finiam. Vir maximus, nostri ævi Theologus, hac de re sic disserit: Fit sæpius, ut cultissima femina ex omni muliebri Mundo, aut eques torquatus ex omni suarum vestitum nitore tantopere sibi non placeat, quantum Monachus pauper, pannosus, in pauperissimi monasterii angulo desidens, è pannis, è cucullo lacero & malè lartto, à nudis pedibus, à vacuâ cellulâ, & ab ipsâ pompæ omnium victoriâ, sibi met placet & applaudit. O vere miser, quem Cenodoxia honoribus nequivit fallere, per ipsam decipit humilitatem!

R 3

Ita

De Conſ.
Mon. c. 1.Thom. de
Kemp. lib. 1.
c. 1. n. 2.
Lib. 1. mor.
c. 19. post
mſt. c. 1. 1.
in Ezech.
hom. 4.

Ita nemini parci inanis gloria, omnes hominum ordines invadit. Sed, ut divinus Basilii loquitur, leniter, blandè, suaviter, infensibiliter, & antequam advertatur, omne bonum opus inficit, totamque illius pulchritudinem consumit. Imperitis dulce quid est, Vana gloria, dulcis animorum praeda. Multi occultè seipſos quarunt in rebus quas agunt, & nesciunt. Et sepe, inquit Gregorius, bono operi dum laus humana obviat, mentem operantis immutat, quæ quævis quæſita non fuerit, tamen oblata delectat. Cuius delectatione cum mens bene operantis resolvitur, ab omni intentionis intima vigore dissipatur: nam qui bona agere videtur, & per hæc non Deo, sed hominibus placere desiderat, intentionis suæ faciem deorsum premit. Eâ de causâ sanctissimi quique homines vigilantissimè in illam pugnarunt.

§. II.

Tom. 1. die
14. Maii.

Narrat Laurentius Surius, &: Cum fortè, inquit, Pachomius inter sui Ordinis senes consideret, Monachus duas stiores eo die à se confectas attulit, posuitque è regione sedentium, ut commodè spectarentur, spectabat enim à Pachomio se auditurum: En fratris diligentiam, diurnum opus sibi duplicantis, duâque stiores textentis, cum alii die uno non nisi unam conficiant. At verò Pachomius ob vanissimum hoc laudis aucupium, seriò ingemiscens: Pares, inquit, iste frater à summo mane ad hoc diei multum laboravit, sed omnem suum laborem diabolo consecravit; liquidem laudem humanam prætulit divini. Hominem igitur ad se accersitum gravissimis verbis oburgans: Alii, inquit, ad orationem cantibus, tu duas stiores in humeros recipe, & clama: Obsecro Patres Fratresque, Deum mihi miserissimo homuncioni exorate, qui duas stiores plus feci quàm calum. Fecit ut iussus. Præcepit deinde Pachomius, ut aliis ad cœnulam vocatis, iste plus æquo sedulus homo, incœnatus medio triclinio staret cum suis storeis. Sed neque dum satisfactum arbitratus Pachomius, hominem cellæ includi iussit, & quinque totis mensibus solo pane, sale & aquâ parcè refici, simul etiam quotidie duas stiores plecteret, imperavit, vetuitque sic clausum ab aliis adiri aut salutari. His machinis expugnanda est Cenodoxia, malum alioqui ferè inexpugnabile, & quod post omnia vitia expugnata, valentius insurgit, & ab ipsis virtutibus sumit incrementum. Rectè Climacus: Gaudet desperationis spiritus, inquit, cum videt multiplicari vitia, Cenodoxia verò cum virtutem multiplicari videt. Observa diligenter, & usque ad mortem & sepulchrum invenies hanc nefariam labem vestigiis tuis hæc. Addit: Qui in prærogativis naturalibus, puta acumine, peritiâ, lectione, pronuntiatione, ingenio, ceterisque omnibus, quæ nobis sine labore nostro proveniunt, extollitur, hic nunquam eis, quæ supra naturam sunt, bonis potitur; qui enim in modico infidelis est, in multo quoque infidelis erit. Ejusmodi verò est servus inanis gloriæ.

D. I. Grad.
21. de Cenod.L. 21. mor.
c. 14.Hom. 29 in
epist. 2. ad
Cor.

Ibid.

Pulchrè Gregorius hoc sensu dixit: Quisquis se, beneficium in alterum, extollit, majorem culpam superbiendo incurrit, quàm mercedem largiendo acquirit, sit, nudus dum nudum vestit, & dum se meliorem putat, deterior evadit: minus quippe inops est, qui vestem non habet, quàm qui humilitatem. Græcus & sanctus Orator Chrysostomus, in hanc pestem facundissimus, & pro cathedrâ eam sapissimè flagellans: Et quomodo, inquit, non extrema stultitia est hominum mente adeo corruptorum, & temerè omnia agentium, gloriam querere: cum oporteat ad oculum qui semper est insomnis confugere, & ad illius sententiam aspicientes, nihil nos jurare poterunt. Ille autem, si ea, quæ sunt, fuerint ei accepta, & hic reddit claros & illustres, & in die futuro impertietur bonis ineffabilibus. Eiusdem & hæc sunt: Quare, si gloriam adipisci studes, repelle gloriam; quod si eam aucuperis, eâ excides. Ac si libet, hunc sermonem in iis quoque qui promiscuum

A huius vitæ genus sequuntur, ventilem. Equos enim cavissimos: An non eos qui ipsam experient? Itaque ipsi maxime sunt, qui eâ carent, ut qui innumeras reprehensiones habent, atque ab omnibus contemnantur. Equos rursus, dic quæso, suspicimus ac predicamus? an non eos qui hanc spernunt ac pro nihilo putant? Ergo hi sunt qui gloriâ afficiuntur. Quemadmodum enim is demum dives est, non qui multis, sed qui nullâ re indiget: sic clarus ille & celebris est, non qui gloriæ cupiditate est, sed qui eam contemnit, ac nihili ducit. Umbra enim gloriæ est hæc gloria. Nemo autem picto pane confectus, etiamsi nulli fame teneatur, picturam attinget. Eodem igitur modo tu quoque minime committe, ut umbram consecreris. Umbras enim sequi, hominis est insani à laborantis. Fieri non potest, ut quisquam magnus, & excellens ac strenuus sit, qui non ab inani gloriâ immunem se præstat, verum humi serpat, ac multa labefactet necesse est, dum scelestæ Dominæ, ac barbaro quovis crudeliori, ancillatur. Et quid enim è truculentius esse queat, quæcum maxime lævit & effertur, cum maxime colitur atque observatur? Atqui hoc nec ferre quidem habent, sed multo obsequio delinunt. At contra profus inanis gloria; contempta enim mitem scit, honore affecta exasperatur, atque adversus eum à quo honore afficitur, arma sumit. Qui est in servitute redactus inanis gloriæ, non solum non poterit videre quod aliis, sed nec quod sibi est utile. Et ut hæc omnia à se dicta consignet Chrysostomus: Mater gehennæ, inquit, est inanis gloria; ignemque illum vehementer accendit, vermemque pestiferum confovet. Et huius rei rationem assignans: Alia, inquit, vitia finiuntur morte, hæc & in mortuis vires obtinet. Aspice sepulchrum plus æquo sumptuosum, & observans quàm id subtili statu spirare inanem gloriam. O demens quid tibi prodeit tam ambitiosè quæſita memoria; ubi es, torquetis, & ubi non es, laudaris?

§. III.

Non minùs eleganter sanctus Valerianus, Maffienſis Antistes: Stultitia genus est, inquit, ut cum ali debeas vitæ beneficium, tibi adscribas ornamenta virtutum. Ecce hic honore extollitur, ille sibi de corporis integritate blanditur, hic divitiis labori suo imputat, ille scientiam doctrine virgilio assignat. O miser! vacillat humanum studium, ubi non requiritur Dei auxilium: nostrum est bonum velle, Christi verò perficere. Totum perdidit quod laboravit, qui propriis virtutibus fructum sanctitatis adscripsit. Ita profus est, nam ut summa omnia habet, eruditionem, eloquentiam, ingenium, prudentiam, munificentiam, formam imperio dignam, si res tantas inani gloriâ, tanquam sale, condias, arbitreris stillicidia mellis de canali venenato fluere, ut omnis venustas, opinio, amor priorum pereat, unâ gloriæ vanitate tanquam toxico in mortem temporato. Sis licet bonus cantor, bonus scriba, bonus pictor, bonus pugil, bonus poëta, bonus orator &c. si horum omnium malus sis æstimator, omnia perdidisti: at verò malè hæc æstimat, qui eâ inani gloriâ depravat. Et quamvis ita te vitia nonnunquam prodant, ut nullus sit negandi locus, superest tamen ficus quem ille natus non fœta fama; hic nemo tam tardi oris est, quin promptè oggerat: Ille me magis claudicat, balbutit, delirat, cecurrit, atior est. Ita nobis formam astrui putamus, si non numeremur inter deformissimos.

Plebs Israël Egypto educita, impio consilio vitulum aureum quem fecit, pro Deo colendum proposuit, cum acclamatione: Hi sunt Dii tui Israël, qui te educerunt de terrâ Egypti. Vix aliud ab his faciunt, qui se suorum operum magistros magnifico supercilio circumspectant, & quidquid consilio, arte, indutria efficiunt, velut pro Diis haberi volunt. O idololatæ! b soli Deo honor & gloria, proclamavit Paulus: soli Deo, soli honor & gloria nostra est operum utilitas, Dei est dignitas.

Agasicles d ab Halicarnasseis extortus factus est, quod d tripodem,

tripodem, quem ipse ludis obtinuerat, non dedicasset A
Deo, sed donum hoc domum retulisset. Omnis gloria
rectè factorum à Deo est, & soli Deo tribuenda.

Dixi te minorem quod geris, imperas.

Huc omne principium, huc refer exitum.

Nihilominus omni infante infantes sumus; sicut
enim pueri tam se alios credunt in novis vestibus, ut sibi
persuadeant notissimos etiam oculos ornatu suo deci-
pi: ita nos quinquaginta aut centum annorum pueri,
rebus etiam minimis ac vilissimis ambitionem indui-
mus. Ille se jactat, quod ceremoniam venustius adhi-
beat, ille quod cibos elegantius carpat, hic quod aliis
erecior incedat: infinita sunt ostentationum genera.
Sed & ad probra & pudendas artes descendimus, atque
dedecore nostro superbumus:

Malus numerat sceleris facta in gloriam.

Ille se unum ex omni numero plurimum vini capere
gloriat: iste cuiuscunque lusus peritissimum asseverat:

hic omniū nequitiarum magistrum ostentat. Verè B

infantes, sed nequissimi, & qui Zabulo sacrificant. Za-
bulus aleam fertur invenisse primus. Hic non modò in-
signi se statuà consecravit, cuius in gremio tabula luso-
ria cernebatur, sed sibi quoque sacrificari ab aleatori-
bus voluit, antequam ludum aggredierentur. Nimium

improbi non solum victorum fomites nefariā querunt

foletia, sed iis inventis triumphant, & exultant in rebus

pejoribus. Alii paulò altius se credant sapere, peccantque

modestius, à quibus voces illas spargi audias: Hoc consi-
limum à me est, bardis illis id nunquam occurrisset: hoc

prudenciæ meæ, istud meæ fuit vigilantie: abique me

fuisset, negotium hoc finem nullū vidisset: est quod mi-
hi agantur gratiæ, hoc ego esse cūm dedi: hoc quidem

artis est, sed à me repertæ: officio meo, si quisquam alius

fungi scio: novi equidem neminem mihi in hoc gene-
re parem: operam meam, fat scio, quanti desiderent.

Est qui clamet: Omnes voco gladiatores: contra: Ille,

& ego consiliarios omnes: Hic, & ego omnes docto-
res: Ille, omnes ego torquatos equites: Alius, & ego

cunctos voco artifices contra. O vanitas, & somnia, &

quantum est in rebus inane! Amore inanis gloriæ quid

inanius? Optimè Siracides de vanissimis his ostentato-
ribus: Vana spes, inquit, & mendacium viro insensato, &

somnia extollunt imprudentes. Omnis hominum laus, fa-
vor, gratia, honor, commendatio, quid nisi ventus, aura,

flatus, bulla, fumus, vanitas, merum hominum? Nam, si

quis existimat se aliquid esse, cūm nihil sit, ipse se seducit. Cūm

exiguntur mella, fumo abiguntur apes. Fumus est vana

gloria, quo sparso demon liquentia bonorum opum

mella diripit, ut verè dixerit Basilus: Odium quo apes su-
mum prosequuntur, significat eos, qui Deo mellificant, renullā

aque offendi quā humanarum laudum fumo. Ed dixit Isi-
dorus: Pompea & fastus, & inanis gloria, cum celesti luce non

bene congruunt. Supremo omnium die, non tamen non

proderunt ista, sed multis plurimum oberunt. Quoniam

tu benedices iusto. In quæ verba Chrysostomus: Quid enim, D

inquit, damni accipit, si homines contemnant, & universus

Orbis terrarum, quando Dominus Angelorum eum laudat, &

predicat? quemadmodum, si ipse non benedicit, est omnes lau-
dant qui terram & mare habitant, ei nihil prodest. Nam etiam

beatus Iob, & in sterquilino sedens, & vulnere sanie exul-
ceratus, & innumerabilibus scaturientium fontibus, & illa

indignissima patiens; ut qui à servis conspueretur, ei, ab amicis
& inimicis, & ab uxore insidia tenderentur, & ad inopiam,

famem, & immedicabilem egritudinem illam esset redactus,

erat omnium beatissimus, quoniam Deus ei benedicebat, dicens:

Homo à reprehensione alienus iustus, verus, pius, ab omni re ma-
lā abstinent.

Divinam minime assequitur, qui humana servit gloria.

Esse quæris gloriosus? gloriam omnem disce.

Christus Dominus non habuit in more positum, Christus
ad risum aut ad vultus hilaritatem suos auditores, cur præce-
provocare, multò minùs luxum iis suadere, nihilominus
tamen permisit, imò præcepit, dissimulando jejunio, cur præce-
unguentis ritu patrio uti: *Vnge caput tuum ut odore & ni-* mulando
tore vultus jejunium tegas, ne videaris hominibus jejunans. ritu patrio
Pharisæi cūm jejunium observarent, omnia hilaritatis fi-
gna interdicebant, ut omnibus testatum facerent, se vo-
luptatum contemptores luctuoso asperòque jejunio da-
re operam. Servator in contrarium jubet, ne quidquam
in solitâ vitæ ratione mutemus, ostendendo jejunio,
quin potius pro more regionis, vultu simus læto, hilari,
ameno, ad occultandum jejunium, ut secreti sincerique
operis à Deo referamus præmium. Ne igitur alii no-
stram laudent continentiam, hanc potius præ nobis fe-
ramus lætitiā: præstat & nitere, quā abstinentiam
præ se ferre, & videri velle. Sapissime namque virtutum
officia publicare est perdere: præsentium laudes, adula-
tiones sunt, laudes non sunt.

Inter prodigia recensens Plinius: Invenimus, inquit, L. 17. nat.
natas sine foliis vitem, & malum punicam, stirpe fru-
ctum tulisse, non palmite aut ramis. Hoc viri boni, &
Humilitatis studiosi faciunt: fructus, hoc est, actiones
sanctas occultant, caventque maxime ne in publicum
emanent. Ita virtus eorum est tutior, & minùs obnoxia
invidiis demonum, quia explicatas merces uno agmi-
ne proflunt. Vis virtutes tuas augere? noli prodere. Vi-
ve tibi, & longè nomina magna fuge.

Viatores, ut, quod portant aurum, custodiant, an non
illud calceis etiam, aut caligis, cingulo, thoraci, pileo in-
sunt, aut baculo infundunt in ipsum denique ventrem,
ut olim Judæi in obsidione Hierosolymis, recedunt?
ecquid opus metallum tam pretiosum sic abdere? Hoc
ipso quia pretiosum, ab hoste nunquam tutum est; ut
servetur, occultatur. Gregorius: Qui intinere, inquit, de L. 8. mor.
prædari formidat, abscondat necesse est bona quæ portat. Ita
propterea actiones cum pietate susceptas longè intutissi-
mum est oculis aut auribus, non æcam alienis, sed & suis
exponere: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sic He-
breus Rex Ezechias, thesauros suos perdidit, quia ostēdit.

Præclarissimè monet Hieronymus, & Conventat, in-
quit, unusquisque cor suum, & in omni virā inveniet, quā
rarum sit fidem animam inveniri, ut nihil ob gloriæ cupidita-
tem, nihil ob rumusculos hominum faciat. Neque enim sta-
tim qui jejunat, Deo jejunat; sed extendens pauperi ma-
num, Deo facerati: vicina sunt vitia virtutibus. Difficile
est Deo tantum iudice esse contentum. Hieronymo ac-
cedit Joannes Sarisberienfis, Carnotensis Præsul, vir exi-
miè doctus, qui Vanæ gloriæ prosopiam describens: Si
quempiam, inquit, inanis gloria stimulat, necesse est ut per abru-
pta virtutum præcepta ruat. Hoc est autem quod nobile consuetur
virtutum, adeoque humana fragilitatis demulcet ingenium, ut vix
sit vel à præclaris mentibus alienum: nam & ortum nobilem
habet, suū, dispendii processum nescit, antequam à fastigio cor-
ruat quod optavit. Nam & de se invicem vitia oriuntur. At
inanis gloria etiam in virtute originis sue figit radicem, in quo
enim quisque præ ceteris pollet, in eo, nisi adsit moderatrix gra-
tia, facilius intumescit. Vix tamen est qui vane gloriæ non in-
sistat, & eam quæ ab hominibus est, non concupiscat laudem. Ad
hanc alii virtute, alii virtutis imagine, alii natura aut fortuna
beneficio proficiuntur.

Gloria ambitio, virorum morbus est felicium.

§. V.

Deploravit hunc morbum secum ipse Gregorius L. 15. moral.
Magnus, ille oculus Ecclesiæ, nec eum sine lacry-
mis deplorans: Dum ipsam, inquit, subtiliter radicem mea
intentionis inspicio, Deo quidem ex eā me summopere placere
voluisse cognosco. Sed eadem intentioni, quæ Deo placere studeo,
factum

furim se, nescio quomodo, intentio humana laudis interserit. A honor & gloria. Hinc sibi nemo prædam sine crimine pollicetur.

§. VI.

furim se, nescio quomodo, intentio humana laudis interserit. Quod cum jam postmodum tardèque discerno, invenio me aliter agere, quod scio me aliter inchoasse. Sic etenim sepe intentionem nostram, dum ante Dei oculos rectè incipitur, occultè sibi subijuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humana laudis assequitur: sicut pro necessitate quidem cibus sumitur, sed in ipso esu, dum furim gula subrepat, edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque contingit, ut refectionem corporis, quam salutis causâ copimus, causâ voluptatis expleamus. Fatendum est igitur, quod rectam intentionem nostram, quæ soli Deo placere appetit, nonnunquam intentio minus recta, quæ de donis Dei placere hominibus quærit, insidiando committatur. Si autem de his divinitus districe discimus, quis inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra puta mala sunt, & bona quæ nos habere credimus pura bona esse nequaquam possunt.

Objicias: Quid ergo Deus homini appetitum dedit gloriæ, si gloria omnis ab homine sit repudianda? quid viri maximi frustra se fatigant in obtinendâ gloriâ, si eam obtinuisse piaculum sit? Non omnem, mi homo, gloriæ appetitum damnamus, sed inordinatum & illicitum, qui suavi sed furivo illapsu ubique miscere se solet. Inordinatum ajo & illicitum, qui hoc agit, ut homo gloriæ cupidus, gloriam quærat è virtute quæ caret, aut è re cui tale premium non convenit. Ut noris: Gloria umbra virtutis est, invitos etiam comitatur. At nos hanc umbram & sollicitè nimis quærimus, & nimis cupidè amplexamur: gloriam non à Deo, sed ab hominibus expectamus, acquisitam non ad Dei honorem, sed ad nostrum convertimus. Verissimè dixit Seneca: O quam ignorant homines gloriæ cupidi, quid illa sit, aut quomodo petenda. Et quælo, dic quibus in terris, & inter quos homines inveniriendus est honoris appetitus unde quaque moderatus Res rara prorsus corvo quoque rarior albo. Facilius gloriam omnino fugere, quam ritè quærere.

Ita sanctissimos etiam viros seminâsque inanis hæc aura quandoque afflavit, sed afflavit tantum, non infecit, non prostravit. Dominicus certè, illud amplissimæ familiæ sidus illustre, ceteris in pestilentem hanc auram pugnavit. Nam cum Tolosæ plures Christo adjunxisset, Carcofiæ tamen potius hiebat domicilium. Ejus rei causam rogatus: Quia, inquit, plures ibi me honorant; hic verò me omnes impugnant. Credidit vir sanctus, inter odia hominum tutius habitari, quam inter blandimenta & encomia, maluitque se vexationis, quam inanis gloriæ stultis conficiendum exponere. Honoris repulsa, magna est gloriæ eminentia. Rara virtutis est, magna facere, & magnum se nescire; sanctitatem omnibus manifestam solum latere auctorem. Nil difficilius quam omnem calcare gloriam. Ea tamen etiam à feminis insigniter triumphata est.

Sara sacrarum virginum Antistita, admirandæ sanctitatis virgo, tredecim annis ab impuro cacodæmone impugnabatur assidue, nec aliud volebat lascivus Satan, quam ut se hominem fateretur Sara, vellètque suavissimè vulnerari. At virgo constantissimè obtulit, nec hostem unquam intra portas recepit, illæso semper Castitatis propugnaculo. Idcirco diabolus alio stratagemate rem agendam ratus, ut quam lascivia non potuisset, Cænodoxia saltem expugnaret. Nec dubitavit vaserimus hostis, quin animus hujus teli non metuentem occultissimâ plagâ lauciaret. Itaque ei Parthorum more, à fugâ placuit petere victoriam, ut, quam stando nequisset, fugiendo vinceret. Ideo visendam se Orciniana larva præbuit, & velut jam abitu desperatâ victoriâ moliretur, horrendum vociferari cœpit: Vicisti me, Sara, vicisti, vicisti. At virgo non ignara hoc etiam telum exire: Non ego, inquit, te vici, sed Dominus meus Jesus. Hæc est vera gloria, gloriam omnem velut rem minimè suam ad Deum remittere: Soli Deo, soli, soli

Accipiter olim, ut est in fabulis, irrigit Trochilum, illam litoralem avem, quod cum sibi colore non abfimilis, tam angusti tamen pectoris sit, ut vermiculis & vilissimo pastu malit vivere, quam suavis aliarum avium carnibus vesci. Cui Trochilus: Non est, inquit, quod tibi tantopere gratuleris, mi frater, de cibis non tuis, & quos iniquissimum tibi aucupium parat. Ego vilior mensâ contentus, majore quam tu pace fruor, & erit forsan cum gulam tam delicatam male lues, & serò nimium te penitebit, venationes has nullo jure licitas instituisse. Vates videri potuit hæc avis. Nam paucis post diebus Accipiter, in ipsâ venatione à rustico, cujus columbas infestabatur, captus, & more ceterorum, ex altâ turri, alius in terrorem suspensus est. Trochilus, pendulum funus vel eminus vidit, & mox advolans: O mi frater, inquit, quam vitæ tuæ longè fuisset consilius, unâ mecum vermiculos in cibum legere, quam alienas aves infestari, & omnium avium ludibrium fieri. Si venari noluisses, jam vivere posses.

O miser, ô inanis gloriæ venator! mutato nomine de te fabula cantatur. Tu ille Accipiter es: sed quid tu musculos & præconia, quid applausus & gratulationes, quid favorem & gratiam, quid blandientes voculas & commendatiunculas, quid popularem famam, & speciosos titulos venaris? nullo tibi jure permittitur hæc venatio, ô Accipiter. Non est hæc gloria quam quæris, non est; umbras consecraris gloriæ, & quidem fallæ, idque in tuum exitium. Quando tibi satius foret Trochilum emulari, & victitare vermiculis; illis, inquam, quos sepulchrum tuum, quo prosperas, claudit: hos tu vermes cogita, & aves alienas, laudes humanas facile spernes. Pulcherrimè Augustinus: Melius est, inquit, vel de parvo Dei dono gratias ipsi agere, quam sibi agi velle de magno. Ecquid in orbe hoc magni speras aut æterni? nulla hic diuturna possessio est. Armis, eruditione, opibus, solertiâ, fraudibus, etiam virtute paratus honos ferè prius evanescit, quam in plenum eo fruaris. Floris instar solstitialis est tota humana gloria. Ecquid sudorem fudore cumulas? fugitiva adeoque & volatica omnis laus & gratia est; non teneretur corpore, ac ne penna quidem, sed neque invita teneri potest, non magis quam rapidissimum flumen. Quid ergo cogitationes in elegia & famam jacularis? nescis mortalium cuncta incerta esse, quantocumque plus adeptus fueris, tanto te magis in lubrico ac fragili versari?

Vitam agit leporis quicumque vanus aucup gloriæ est.

Et ut votis responderit eventus, ac in possessionem te fortuna speratorum immiserit, quanta hæc erunt, & quamdiu? fors eras, fors hodie, fors hac ipsâ horâ polliceri fabula jacebis, & præda vermiculis.

Narrat Plinius, ad extremos fines Indiæ gentem Astomortum degere sine ore, corpore toto hircum, vestiti frondium lanugine, habitu tantum viventem & odore, quem naribus trahant. Cenodoxi seu inanis gloriæ studiosi, os nullum habent, quo vel Deo laudes debitas pendant, vel hominibus bene meritis ferè laudent; à veri honoris ornamentis investes sunt, nec quidquam habent præter pilos & folia, hoc est, humanarum laudum quiescentias; halitu tantum vivunt, aurâ scilicet vanæ gloriolæ quam naribus trahunt, cum ore careant, & nunquam cœnent lautius, quam dum laudantur. Alii, quibus os & frons est, tunc plurimum erubescunt & verrecundantur, cum eis hæc aura largiùs in cibum apponitur. Optimè religiosissimus ille scriptor: Qui veram, inquit, & æternam gloriam desiderat, temporalem non curat. Et qui temporalem requirit gloriam, aut non ex animo contemnit, nunquam

Inordinatus & illicitus gloriæ appetitus est damnatus, & quis ille sit. Sen. ep. 79. fin.

Epist. 95. fine.

Vita ipsius l. 4. c. 10.

S. Dominicus credit inter odia hominum tutius habitari quam inter blandimenta.

nit, minus amare convincitur calescentem. Magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia.

Gloria umbra, est parva magnis, pusillis maxima:

Si compendio assequi vis gloriam, contentito.

In theatro es vacuo eoque angustissimo, quid hic plausum expectas? altum illud & amplissimum cæli theatrum suscipe, & frigidissimos hos plausores ridebis.

Auctor redit, spreta in tempore gloria.

Quid? quod sicut temerariis iudiciis, ita inanibus eloquiis peccant homines frequentissime, quorum hic solennis error est, laudanda vituperiis, vituperanda laudibus afficere. Inde Christianus sapiens: Nolo, inquit, ab his laudari, quorum laus vituperium est: nec ab his culpam vereor, quorum criminatio laus est. Quid? quod iis sepe minime placemus, quibus placituros nos maxime speramus. Refert Herodorus, Agaristam Clithenis filiam vario ambitu plurimorum in conjugem postulatam. Certabat inter florentissimos Græciæ juvenes, Tifandri filius Hippocles, qui saltandi peritissimâ venustate se nemini secundum sibi persuadebat. Itaque impetratæ conjugii omnem artem in illud tripudium consumendum censuit, & mirè gesticulatus est. Displicuit multis, cum primis Agaristæ parenti, qui defaltato cantico: O Hippocle, inquit, perdidisti conjugem saltando. Cum tamen stultus juvenis se omnium crederet scitissimum, & sibi uni virginem debere. Ita nos vani frequentissime credulâ persuasionem fallimur, quando alios nos admodum placere credimus, quia ipsi nobis adeo placemus prius, ut sibi quisque sit miraculum. Ecclesiastes quispiam insigniter se dixisse autumat, & nulli placuit. Musæus omnes sibi applausuros opinatur, & nemo laudat: Pictor sibi mirè gratulatur de sui operis elegantia, & plurimi reprehendunt: Dux militiæ coronas & triumphos expectat, & vix aquis oculis aspicitur: Palatinus mitos Principis favores somniat, & proximè abest, ut excludatur aulâ: Choragus nescio quem plausum sperat, & nauseam ostendunt spectatores: Parasitus, adulator, fannio omnes à se hilarandos putant, & nemo ridet: Calamistratus aliquis Jopas, aut ad omnem venustatem excelsus Hortensius, admirationem ac laudes sibi promittit, & omnes irridunt. Ita miseri seipsum iis nauseam movemus, quos inaniis nostris maxime delinendos sperabamus: conjugem perdimus saltando.

Demosthenes antequam eloquio Græco innouisset, operosioris cultus nitorem appetiisse dicitur. Sciebat enim à purpurâ vendi caussidicum. At postquam facundia famam affectus est, togâ viliori contentus dictitabat, se velle sibi à se potius quam à veste aut cultu exquisito constare gloriam. Quem enim suus attollit honor, vilis aliena non deprimat, sed nec alienus erigit honor, quem sua vilis humo affigit. Emendicatum nec ulli honestum laudis suffragium est, quod totum extrinsecus acceditur. Chrysostomi verbis hæc consigno: *Præsentis temporis gloria & nulla est, & instabilis fluctuat: & si aliquandiu permaneat, repente tandem exstinguitur.*

Sequitur fugientes gloria, sequentes fugit.

§. VII.

At difficile est, inquis, non amare, non sequi gloriam, etiam vanam hanc & inanem. Omnibus insidet opinio sui & pretium, vivitque etiam in optimis quibusque viris nescio cuius gloriæ aculeus; qui perarò ita in plenum emoritur, ut nulla superint semina, quæ fota inherbam & fruticem non exurgant. Ah quoties ad famam potius, quam ad conscientiam laboramus? Ah, quanti acerba omnia superarunt, turpissimè superati ab inani gloriâ? Identidem ad nos redimus, & in nostrum honorem revolvimur.

Gloria cupido hominibus exstirpanda novissima.

Et ubi quæso reperias eos, qui laudem omnem averfentur? Superbiam palam omnes detestamur, nostra ta-

men encomia sine aurium vulnere audimus. Vanæ gloriæ studium nemini probatur, cum interim hoc pane omnibus hæreat, quod omnibus displicet. Et sæpe dum laudari nos prohibemus, tacite invitamus, ne qui caput, tam citò definat: difficile est odisse gloriam; laudem omnem & laudantis favorem spernere, difficillimum. Nemo suæ unquam refragatus gloriæ est.

Hic mihi Chrysostomus etiam in mente est: *Hom. 17. in ep. ad Rom. circa finem.* Quomodo ergo, inquit, ab hac durâ servitute liberabimur? Si aliam gloriam adamaverimus, nempe eam quæ vera est gloria. Quomodo enim eos qui corpora amant, alia splendidior facies visa à priorè separat? & eos qui gloriam hanc depereunt, splendida illa cælestis gloria conspecta si fuerit, ab istâ abducere poterit. Vanæ gloriæ cupidus, similis illis est qui tempestates ferunt, semper tremens, semper timens, innumerosque dominos observans. Qui verò extra illam est tyrannidem, rectè comparatur iis qui in portu constituti, integrâ iam libertate potiuntur. Alius verò non item, sed quàm multis est cognitus, tam multos habet dominos, omnibus servire coactus.

Univeris singulisq; servit servus gloria.

Inter hos non postremus ille ab aulâ dominus. Obvium is habuit quandam è regiâ domo, ad quem superba fronte: Heus tu, inquit, quisnam de me in aulâ fermo? Alter rubore suffusus: Nullus, inquit, Domine, neque qui ad laudem faciat, neque qui adversus eam. Audiit hoc homo gloriæ appetentissimus, qui se per omnium ora volitare credebatur, & adstantium oculis notari indignatus, mox hominem insontem fustibus excipit; post plagas, quinquaginta aureis donari iussit, quibus ipse dictum insuper hoc adjecit: Jam tibi materies & laudis est, & vituperii; utere, & adhibe in palatio. Hunc tu fui dominum dixeris? mille heris servas, quicunque gloriæ: Imò est omnium servus, quisquis est Gloria; Nam,

Gloria servire, mentis non nisi abjectissima est:

Gloria servus nihil rectè inchoat, nil perficit.

Rectè, ne finis suo principio non respondeat. *Ver. troch. Ego non nomen, sed Florestia qui de illo.* Rectè, ne finis suo principio non respondeat. *Hom. 2. in epist. ad Titum.* *C*igitur, inquit Chrysostomus, *struatur solum, ad id tota nostra dirigatur intentio, quo scilicet pacto Dei mereamur ore laudari. Non laudat te ille aut illerubilinde amittis: & si vituperet quispiam, nihil omnino te læsit: si enim laus sive vituperatio, ex Deo tantum emolumentum habet, aut detrimentum. Ceterum humana omnia sunt prorsus inania. Verè inanissima.*

Hæc erat mens, hæc doctrina Servatoris Christi Jesu, cujus eruditionem cum admirarentur Judæi, dicerentque: *Quomodo hic sit litteras, cum non didicerit?* Ad *Joan. c. 7. v. 15. & 16.* istud verus Magister Humilitatis: *Mea, inquit, inquit, doctrina, non est mea, sed ejus qui misit me.* Ita cum admiranda patraret, & homines valetudinis desperatissimæ curaret, plerumque, ne cui dicerent, imperabat. Nostræ hoc *2. Cor. c. 10. v. 17.* institutioni factum, ut si gloriari velimus, in Domino gloriemur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.

Ergo, quod præclarissime monuit Seneca, conscientia satietur, nihil in famam laboremus. Et verò seipsum *L. 3. de Ira c. 4. & de Vit. beat. c. 20.* ad hoc adigens Annaeus: Nihil, inquit, opinionis causa omnia conscientia faciam. Bernardus hæc explicatius confirmans: *Pura erit intentio, inquit, si in omni actione nostrâ, aut honorem Dei, aut utilitatem proximi, aut bonam conscientiam queramus.*

Deus olim sub pœnâ capitis sanxit, rem primo intuitu minutam, ne quis scilicet odores divino cultui destinatos usu profano incenderet: Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruat, peribit de populis suis. Pretiosum thymiamma est Gloria, sed Deo debetur, & soli quisquis homo es, cave tangas hos odores, capitis reus est: *Soli Deo honor & Gloria.* *1. Tim. c. 1. v. 17.*

Vigilanti igitur curâ, inquit Gregorius, per cuncta opera, intentio nobis nostra pensanda est, ut nihil temporale in his quæ agit, appetat: totam se in soliditate Aternitatis figat, ne si extra fundamentum actionis nostræ fabrica ponitur, terrâ dehiscente

hiscite solvatur. Quisquis bonam intentionem amat, a gloria inanem odisse debet, aut calum non magni aestimat.

Filius diximus de hac peste rectâ intentionis. Sed ut capite sequenti, hac ipsâ de re plura disseramus, exigit tam obstinati, & ubique vulgatissimi morbi malignitas.

CAPVT V.

Quid demum sit Vana gloria, & quàm ea RECTAM INTENTIONEM fœdè iungulet, ni præveniatur.

Inanis gloria est scopolus immanis.

De constit. mon. c. 11.

Nomina seu tituli vanæ gloriæ.

Ribad. l. 5. tit. 4. c. 3.

Hom. 7. 2. in Matt.

In Const. Mon. c. 11.

Serm. 7.

1. Machab. c. 6. v. 43.

Lib. 1. offic. c. 40.

Inanis gloria, scopolus est immanis, ad quem vix ulli hominum non naufragium, aut certè damnum patiuntur. Ecquis ille tam peritus nauta, qui satis caveat, ne navim ad hunc scopulum illidat? Quàm autem ipsa varia est inanis gloria, tam diversa sortitur nomina à priicis scriptoribus. Basilii: Fugiamus, inquit, dulcem spiritualium operum expoliatricem, jucundum animarum nostrarum hostem, timeam virtutum, blandissimam bonorum operum depradatricem, eandemque mellis illius, veneni coloratricem. Tituli digni quos expendamus: Dulcis, inquit, spiritualium operum expoliatrix: similis deceptrici Dalila, quæ humanissimis blanditis Samsonem viribus exuit, & obicit hostibus. Iucundus anima hostis, gravius necat, quò plus delectat. Et, ut aptè Cyprianus, dum extollit, emollit; & pungit, cum ungit. Virtutum timea, Inanis gloria. Sicut autem è pretiosiore veste, robustior nascitur timea, quæ suos parentes lacerat, & corrodit, sic è virtute nobiliore gloria nascitur vanior & perniciosior, mors suæ matris. Blandissima bonorum depradatrix, allicit & delectat, erigit & demulcet, ut iungulet, & animo bona sua rapiat omnia. Veneni coloratrix: Ah! quis hominum tam religiosus & sanctus, ut omnes Vanæ gloriæ insidias deprehendat & caveat? Sanctus Ignatius Loiola hoc uno vir sanè magnus, quòd singulari Dei favore consecutus dicatur, ut annis compluribus ante mortem, nullam inanis gloriæ nec cogitationem quidem habuerit. Imò tam sui & cognitor, & contemptor erat, ut nullum se vitium diceret minus extimescere, quàm turgidæ hujus vanitatis. Audite filii, & parentis sanctitatem vel hoc uno æmulamini.

§. I.

Quàm autem hoc vitium supra cetera sit audax, & noxium, egregie Chrysostomus: Nihil, inquit, ab hoc inimico securum, qui tanquam contagiosus morbus omnia corrumpit. Christus Dominus hortatus fuit, ut thesauros nostros in calo reconderemus, quòd fur non appropinquat, & ubi timea non demolitur. Nihilominus inanis gloria eò pertingit, & sepe quæ quis in calo per bonorum operum fructum thesaurizaverat, unius inanis gloriæ impetus perdit, consumit, & expugnat. Eodem prorsus modo Basilii: Callida insidiatrix, inquit, Vana gloria, vel in ipsius cali convexis, insidiarum adversus nos collocatrix. Non minus eloquenter de hac peste Petrus Chrysologus: Subtile malum est, inquit, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, timea sanctitatis. Adversa omnia nituntur suis viribus, armis suis pugnant, impugnant palam; unde & caventur tam facili quàm videntur: hac tamen crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum, jejuniis jejuniis perimit, oratione orationem evacuat, misericordiam miseratione prostermit: hoc vitium de remediis creat morbos, & de medicina conficit languorem.

Eleazarus Hebræus, ille heroum gemma, ut unus ipse totum vinceret exercitum, elephantem regium sibi sumptis sternendum, nam visum est ei quòd in eo esset rex. Itaque pugione armatus, generosissimo cursu subter bestiam ruit, ferroque ventrem medium, quàm mollior est, rupit; sed sub iplo elephante quem occidit, & ipse occubuit, remansitque, ut Ambrosius loquitur, suo trium-

pho sepultus. Facinus mirandum! In prælio & nos versamur, sed contra nos stant vitia, pugnantque diverso impetu. Primus & maximus hic labor est, nostræ carnis elephantum deicere. Sed heu miseros nos, quos ipsa sepe victoria opprimit, & exinguit, dum sub hoste, quem superamus, cadimus. Jejuniis, vigiliis, aliisque rigoribus lascivientem carnem vincimus, sed hoc in triumpho nostro vincimur, sepelimur, non à carne sed ab inani gloriæ casti. Nimius sui suspensus, & insitum mortalitati vitium, se suæque mirandi & aestimandi, nos jam victores jugulat. Facinus miserandum! Epictetus hic nobile documentum suaviter ingerens: Sicut Sol, inquit, præces aut blandimenta non expetit ut exoriatur, sed statim fulget, & ab omnibus salutatur: Sic tu nec plausus expecta, nec strepitus vel laudes, ut bene facias, sed sponte beneficias, & pariter ac sol clarus eris.

§. II.

Struthio avis, nobile symbolum stultitiæ, mole corporis non inæqualis camelo, unde & Struthiocamelus dicitur, sed capite, instat anatis, exiguo; pennas habet amplas ut Accipiter, sed nunquam volat, velut quadrumpes bestia. Mirâ fecunditate parit ova, eorum tamen plurima non fovet, sed in pulvere viatoribus calcanda deserit. Pullos ovis exclusos summe amat, hos ipsos tamen truculenter negligit. Qui laudes humanas ambit, stultitiâ Struthioni non cedit, pennas habet Herodii peninis simillimas. Hominum sanctorum alæ, quibus in sublime feruntur, sunt orationes, elemosynæ, jejunia, vigiliæ, quæ Struthionibus illis non desunt, sed in altum non tolluntur, terræ harent, nec aliud cupiunt, quàm vivere. Et licet fœtus edant, pias actiones quas & ipsi amant aestimantque plurimum, & ab omnibus amari ac aestimari volunt, nihilominus charissima hæc pignora, locis non additis minimeque securis commendant; publicum expetunt, & quæ faciunt, videnda exponunt. Amant in synagoga & angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus exterminant facies suas, ut parent hominibus jejunantes. Cainum per Invidiam, Abiron per Superbiam, Zambri per Luxuriam, Ilicarioten per Avaritiam, Purpuratum epulonem per Gulam, Virgines suas per Socordiam, ad inferos tuere nil mirum: hoc mirum est, bis mirum, esse non paucos, qui per preces, abstinentiam, elemosynas, per nobilissimos labores tendant ad Erebum. En stultissimos Struthiones! Ergo, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Chrysostomus: Si gloriam amas, inquit, magis eam ama quàm Deo est. Quàm stultus sit assilera vel pugil qui certaminis sui spectatores habet Regem, & omnem regium comitatum, in præmium verò propositum cernit coronam auream gemmis distinctam, is tamen mendiculus cæcum interrogat, num placuerit, & ab eodem pugilatus sui mercedem postulat, nitentem scarabæum, aut versicolore lapillum. In stadio & nos sumus, quotquot vivimus, spectaculum facti. Mundo, & Angelis, & hominibus. Sed vani ac fatui, quàm præclare nos gesserimus, ex iis querimus, qui abditæ virtutis actus cernere nequaquam possunt; ab iisdem etiam in præmi locum laudatunculas frigidissimas avidè acceptamus. Nunquid non insignissimæ stultitiæ hoc est, laboriosa agere, ut Gregorius loquitur, & aure laudis inhiare, forti opere præceptis caelestibus inservire, & terrenæ retributionis præmium querere? Nonne placet vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia ejus. Aranea huc illuc excurret, & mirè se fatigat, itque redditque sexcenties, è ventre stamina deducit, & irretiendis tenuissimis animalculis venabulum conficit, atque in retis speciem diffundit. Texturum hoc opus araneæ, multi laboris & miræ subtilitatis est, sed huic penitus destruendo non opus malleis, non securibus, aut bombardis; aura paululum concitator omnem laborem avehit. Aspicere obsecro actorum hominum sudores & discursusque nuntantur